



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**De Ivre Ac Potestate Romanorum Pontificum,
Imperatorum, Regum ac Episcoporum**

Alvarez Guerrero, Alfonso

Coloniae Agrippinae, 1586

VD16 A 2069

De potestate capituli sede vacante. cap. xl.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63477)

IMPERAT. AC REGVM. 347
DE POTESTATE CAPITVLI,
sede vacante. Cap. XL.

S V M M A R I V M.

- 1 An sede vacante capitulum succedat generaliter in iurisdictione praelati sui.
- 2 An possit capitulum sede vacante cognoscere de matrimoniali causa, resignationes admittere, & authorizare beneficiorum permutationes. & num. 3.
- 4 Alienare aliqua de bonis praelature vacantis an possit capitulum.
- 3 De vicario domini Papae; quid sit mons pietatis; de virtute, & viribus iuramenti; & de pensionibus; remissionem. & numero 6. 7.



Veritur † generaliter, an circa potestatem capituli sede vacante, capitulum succedat generaliter in iurisdictione praelati sui; & dico, quod sic, vt in tractatu de potestate capituli sede vacante, in nono volumine tractatum, in princ. in j. q. Et capitulum sede vacante an possit committere alicui Episcopo ea, quae sunt ordinis Episcopalis, ibi videbis in q. iij. Et an indulgentias, quas Episcopi viuentes possunt dare, possit etiam capitulum sede vacante dare, ibi vid. in q. iij. ad fin. Et an capitulum possit dispensare generaliter, sicut viues possit praelatus, ibi videbis in q. v. Et an capitulum potest facere statuta, quae posset facere praelatus viuens, vid. in q. vj. Et an capitulum possit visitare prouinciam suam sede vacante, vide in q. vij. Et an capitulum sede vacante possit dispensare cum clerico, non deponatur, vide Panor. in c. at si clerici, §. de adulterijs, de iudicijs.

An possit capitulum dare licentiam subditis transeundi ad aliam diocesim sede vacante, & an possit dare litteras commendatitias ad ordines suscipiendos in aliena diocesi, vid. in q. viij. Et capitulum sede vacante an succedat in iurisdictione praelato defuncto, à iure, vel ab homine delegata, vid. in q. x. † Sede vacante an possit capitulum

Z 3

cogno-

cognoscere de causa matrimoniali; & in quibus capitulum interponat decretum sede vacante, ibi videbis. Expectantes ad collationem praelati mortui an sede vacante possint acceptare beneficia vacantia, ibi videbis in d. x. q. Et capitulum sede vacante an possit conferre beneficia ad collationem praelati spectantia, etiam deuoluta, vid. tex. & docto. in c. illa, ne sede vacan. quia nunquam cautum inuenitur in iure, quod capitulum sede vacante fungatur vice Episcopi in collationibus praeendarum. & vid. tex. & docto. in c. j. de instit. lib. vj. Et idem dicendum est de prebendis; quia sunt beneficia ecclesiastica, & perpetua. **Oldra. conf. cxij.** quod incipit: In ecclesia Calaguriana, **3** tex. in c. fin. de conce. praebe. † Capitulum sede vacante an possit admittere resignationes, & autorizare permutationes beneficiorum, vid. in ij. q. ij. par. Beneficia commendare, & adinuicem vnire, & vnita dimembrare, an possit capitulum sede vacante, vid. in q. iij. ij. par. Commenda quid sit, ibi videbis, & in c. si constiterit, de accusa. Et beneficia non debent dari ad tempus, sed in perpetuum, vt not. in c. veniens, ad si. de fil. presb. Capitulum sede vacante potest praesentatos a patronis instituere in beneficijs, ad quae praesentantur, tex. in c. j. de instit. lib. vj. & in c. cum in illis, §. cum autem, de praebe. lib. vj. Et capitulum sede vacante gerit vices praelati in non prohibitis, vt c. illa, ne sede vacan. & vid. in q. v. ij. par. Beneficiatos destituere, excommunicare, vel absoluere an possit ex causa capitulum sede vacante, vid. in q. v. ij. par. Sed quicquid potest Episcopus in corrigendo crimina, & mores reformando, & puniendo, potest capitulum sede vacante, c. his quae, de maio. & obed. & c. j. cod. tit. lib. vj. & ibi docto. & vid. in q. vj. ij. par. Et capitulum sede vacante an se possit intromittere in executionibus vltimarum voluntatum, ibi vid. in vij. q. ij. par. † Alienare aliqua de bonis praelatura vacantis an possit capitulum, vid. in q. viij. ij. par. & ibi dicitur, quod res quae seruari non possunt, libere possunt alienari. Et Archiepiscopus in rebus Episcopalibus, & Episcopus in rebus capellarum suarum est visitator a iure, lxxj. dist. c. fraternitatem, x. q. ij. c. si. Et sic si ecclesia collegiata vacat, potest ibi etiam

etiam pro praelato constituere actorem, vel syndicum, ff. quod cuiusque vni. l. sicut mancipium. Et capitulum an possit constituere vicarios generales, vel speciales sede vacante, vid. in Clem. j. de foro compe. & vid. in x. q. ij. par. Et potest constituere vicarium vnum ex canonicis de eo capitulo, vt per Card. in Clem. statutum, de elect. † De vicario domini Papæ, vid. in x. q. & de alienatione rerum ecclesiasticarum vide tracta. de empt. & vendi. vol. j. fol. 222. Quid sit mons pietatis, vid. tractatum Thomæ de Vio in volum. x. tractatum, fol. 175. & ibi. in fol. 172. videbis tractatum de cambijs. † Et de virtute, & viribus iuramenti vid. optimum tractatum in volumine tractatum, volum. j. fol. 136. Et de vnione ecclesiarum vid. tractatum in volum. xj. fol. 279. Et de pensionibus vid. tractatum in volumine xj. fol. 150. & alium tractatum in d. volum. xj. fol. 192. & vide infra in cap. de pensionibus ecclesiasticis. Et de monte pietatis, & de cambijs vide infra in c. de vluris.

DE BELLO IVSTO, ET INIVSTO.

Cap. XLI.

S V M M A R I V M.

- 1 Human generis calamitates à bello orta sunt, inuentæ q. seruitutes.
- 2 Quæ, & quot sint belli species.
- 3 Pro iusto bello indicendo quæ requirantur.
- 4 Gothorum historia.
- 5 Vbi deest superior de iure, vel de facto, ad Papam recurrendum est.
- 6 Hodie virum inter Christianos bellum dici possit licitum.
- 7 Militare peccatum non est, nisi propter prædam militatur.
- 8 Interficiens aliquem in bello licito an teneatur in foro conscientie.
- 9 Bellum tripliciter committitur.
- 10 Bellum, quod ad offensam fit, nullo iure licitum est.
- 11 Bellum, quod pro gloria, & imperio fit, an sit de iure naturali.
- 12 Mandare potest Papa infidelibus, quod admittant prædicatores Euangelij in terris sua iurisdictionis.
- 13 Hodie per Christi aduentum iurisdictiones, dominia, honores, atque